



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ethica Guilielmi Adolphi Scribonii, Ex Aristotele Et Aliis  
summis philosophis repetita**

**Scribonius, Wilhelm Adolf**

**Hanoviae, 1593**

**VD16 S 5114**

Cap. V. De honoris cupiditate.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56572)

*Quid igitur maxime appetit magnanimus?*  
Gloriam sive honorem. Is enim bonorum  
externorum omnium est maximum.

*Quinam huic virtuti resistunt?*

Elati & superbientes, & qui demisso sunt  
animo.

*Quinam superbi sunt & elato animo?*

Qui maiora quam quibus digni sint, praemia  
se meritos esse purant. Cavenda enim est glo-  
ria cupiditas, eripit siquidem ubertatem.

*Qui demisso dicuntur animo?*

Qui minora quam quibus pro debito ho-  
nore digni sunt sibi deberi iudicant.

*Estne haec affectio omnino contemnenda aut  
fugienda?*

Quantó magis haec ad virtutis mediocritate-  
rem quam superbia accedit, tantó vehemen-  
tius quoque quam illa commendanda est. Un-  
de Christus saepe humilitatem praecipit.

Cicero: Recté praecipere videtur, qui mo-  
nent, ut quantó superiores sumus, tanto nos  
geramus submissius.

## CAP. V.

De honoris cupiditate.

*Estne virtus aliqua qua proprie dicitur ho-  
noris cupiditas?*

Est sané, quæ cernitur in mediocribus ho-  
noribus. Aristoteles id demonstrat á vitiosis  
extremis. In quibuscumq, enim rebus excel-  
sus atque defectus reperitur, in iis quoque et  
aliqua

aliqua mediocritas: In expetendis honoribus ea reperiuntur: Ergo mediocritati quoq; inter illos locus relinquetur.

*Quomodo igitur hæc distinguenda ab antecedente magnanimitate?*

Utriusque idem fere subjectum est: videlicet honos. Attamē hæc in parvis, illa veró magnanimitas in magnis honoribus occupatur.

*Qualia sunt hujus disparata?*

*Superbia, Ambitio: & honoris vacuitas.*

*Ambitiosus quis dicitur?*

Quinimio honoris studio trahitur, & in iis rebus gloriam sectatur, ubi promerenda non est.

*Honoris vacuitas qualis est affectus?*

Est gloriæ omnis contemptus.

C A P. VI.

De mansuetudine seu clementia.

*Qualis virtus est mansuetudo?*

Est virtus animo tranquillo, ac patienti omnia ferens.

Cic. i. Offic. Nihil laudabilius, nihil magno & præclaro viro dignius placabilitate atque clementia.

*Quodnam vero proprium hujus subjectum est?*

Iracundiæ mediocritas.

*Quem igitur hac ratione dicis mansuetum?*

Qui ab affectu, aut animi perturbatione minime ducitur, sed prout ratio statuerit, succenset.